

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Vespettilio. Emblema LXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

## Vespertilio.

## EMBLEMA LXI.



**A**SSUMPSISSE suum volucris ex Mineide nomen,  
Socraticum auctores Charephoonta ferunt.  
Fusca viro facies, & stridens vocula, talis  
Hunc hominem potuit commaculare nota.

## COMMENTARI I.

- I. **P**INGE noctis tenebras, luce lunari non nihil illustratas; in his volentem vespertilionem, aërem omnibus notam, vel si maus, aurem alatum. expr. me.
- II. **S**UMPTVM vide: ut Emblemata ex Suida in dictione *χαραφών*. Fuit Charephon Atheniensis, Socratis discipulus, qui tam pertinaciter libris incubuisse fertur, ut lucubrationibus nocturnis extenuatus, maximum pallorem maciemque contraxerit, ut vulgari ioco Noctua, vel, ut alijs placet, Vespertilio sit vocitatus. Apud Aristophanem,

in macilentum & pallore confectum petitur dicitur proverbiale, *ἄδιν δυσσεύς χαραφώντος τῆ φύσεως*. Nihil natura differt à Charephonte. Hic est ille Charephon, ut ait Laetius in Socrate: cui Pythia de Socrate reddidit celebre illud oraculum: *σοφὸς ὡς Σοφοκλῆς σοφώτερος ἑυριπίδου, ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος*. id est: Sapiens quidem Sophocles, sapientior Euripides, at mortalium omnium sapientissimus Socrates. Philostratus in prelat. vit. Sophistarum, duos fuisse eius noni-

Charaphō  
Noctua  
diabus.

S. 4. 112

us tradit, quorum alter Buxeus est cognominatus (ut *πυξίς* Græci nominant, qui sunt lurida cute, & texture rarioris) quod admodum pallidus esset; ille enim lucubratione nimia sanguine laborabat: isque est, qui cognomen habuit Noctua. Alter inuicem quidam homo fuit, impudentissime que momordit, qui etiam Gorgie studium taxare ausus sit. Ex quorundam, qui non extant, commentarijs *Ælianus* refert in 9. variæ hist. Philetam quendam Coum fuisse ad eod macilentum, ut occasione etiam leuissima subuerti posset: qui ne à ventis tolleretur, ferreis soleis utebatur. Id tamen figmento similis esse quis non videt ad iocandum?

Philetas.

III.  
Mincides.

*VOLUCRI* ex *Mineide*. ] Id est, vespertilionem. Mincides Thebanæ sorores, cum Liberti patris sacrificia in contemptum raperent, Mineræ lanificio addictæ, ex improviso, quadam vi numinis, vocibus tibiarum & tympanorum sono perterritæ, telis instrumentisq; suis in vites ac hederam repente commutatis, omnique loco feris repleto, noctu fugientes, in vespertilionem transformatae sunt. Hinc volucrem Mincidem pro vespertilionem dixit *Alciatus*. Quia vero typi opportunitas me huc inuitat, nihil verebor ipsum *Ouidium*, fabulam hanc elegantissimis versibus, 4. libro *Metamorph.* exprimentem adducere, sic enim ille canit:

*Finis erat dictis: Et adhuc Mincida proles  
Friger opus, spernitq; Deū, fistulamq; asanat:  
Tympana cum subito non apparentia raris  
Obsrepere sonis. Et adunco tibia cornu,  
Tinnulaq; ara sonant, Et olent myrrhaque  
crociq;*

*Resq; fide maior, capere virescere tela,  
Inq; hederæ facie pendens frondescere vestis.  
Pars abit in vites, Et qua modo fila fuerūt,  
Palmitæ mutantur: de stamine pāpinus exit:  
Purpura fulgorem pētis accomodat visis.  
Iamq; dies exactus erat, tempusq; subibat,  
Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucē,  
Sed cum luce tamen dubia confinita noctis.  
Tecta repente quati, pinguesq; ardere videntur*

*Lampades, Et rutilis collucet ignibus adeo,  
Falsaq; sanarū simulacra volare ferarum.  
Fumida iadudum latitant per tecta sorores,  
Diuerseq; locis ignes ac lumina vitant.  
Dumq; petunt tenebras, paruos membrana  
per artus  
Porrigitur, ienuesque includunt brachia  
penna.*

*Nec, qua perdidit veterē rationē figuram,  
Scire finit tenebræ. non illas pluma leuauit,  
Sustinuere tamen se perlucentibus alis.  
Conataq; loqui, minimam pro corpore vocem  
Emittunt, peraguntq; leui stridore querelas.  
Tectaq; non siluas celebrant, lucemq; perosa  
Noctæ volant, serosq; tenent à vespe nomen.*

*Charephonta* ] *Lege Charephonta* per *α*, non per *α*. Additum autem est *ο*, poetice, nam dicendum erat *Charephonta*. Est autē aculatiuus Græcus in *α*, terminatus.

*Fusca viro facies* ] quod esset colore subnigro, & voce stridula. Eius quidem rei causam referat non tementē postsumus ad lucernarum fuliginem, qua lucubrantes inficiuntur. *Quintilian.* 1. 1. cap. 3. Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda. Dicitur etiam *fusca vox*, *φαία φωνή*, *Pollucis* huic opponitur canora.

*Seridens vocula* ] proprie. Vespertilionem enim stridere dicuntur, Græcè *τρίξεν*.

*Commaculare nota* ] probro, conuicio; *Nota*, ignomina. *Nota* dicitur probrum, inquit *Nonius*, *Lucillius* lib. 30.

*Quem scis scire tuas oēs maculasq; notaq;* *Suetonius*: Varijs affectus notis. *Cicero* pro *Rabirio*: Turpitudinis notis omnibus in signis homo.

*QUANTVM* conijcere licet, Emblemata hoc non torquetur in pallorem, qui ex studijs contrahitur, sed in labes qualdam corporis, quæ animi vitia produunt: *Qui enim oculos habent ægros, assiduusq; lucubrationibus propè iam perditos non ideò ludibrio sunt habendi; sed potius qui vespertilionis æmulati naturam, videntur aliquo modo tum vocem, tum vultum humanum exuisse in eo, quod in luce hominum versati refugiunt. Sed de his proximo Emblemate latius.*

IV.  
Sesius Emblematis.

Abud